

*ubi supra*, sed contra ipsos est verior & communior opinio.

58 Ex qua topime infertur, & in praxi secundū Gregor. Lop. & dominum meum *ubi supra* nu. 8. quod d. l. fin. & eius singulari beneficium non habebit locum in filio succedente in maioratu: nam si illum repudiaverit semel, non poterit suam abstentionem revocare, quoniam semper in maioratus successione solet dari substitutus. Addo ipse aliam rationem, quia d. l. si. est fundata in iuritate: successio maioratus non provenit iure suitatis, sed potius iure sanguinis proximioris, & cuiusdā maioritatis, unde est, ut ad filiū emancipatum quoque pertineat, ut notum est, & tamē forsā in emancipato non haberet locum illa lex fin. ut alias dicitur annuente Deo.

59 Ultimo t̄ superioribus addendum est, quod sicut per dationem substituti vulgaris tollitur iuitas, ita etiam datione coheredis extranei, text. est, qui ad hoc communiter allegatur in l. apud Iulianum, §. idem Iulianus ff. ad Trebell. ubi existentia sui heredis non confirmat tabulas pupillares, quod est contra text. in l. si pupillus ff. de acquir. hered. unde nullas alia ratione sublata iuitas in d. l. §. idem Iulianus, nisi per dationem coheredis extranei: ita ex illo text. tenet Bart. in d. l. si filius, qui patri, n. 4. ff. de vulg. & pupil. limitans in coherede si atre, per textum ibi: Et assignans rationē prædictæ opinionis principalis, quia dando coheredem extraneum, videtur testator discedere à prouisione legis, & hæc opinio per text. in d. l. §. idem Iulianus, & ratio Bar. est communiter approbata secund. Alex. in d. l. si filius, qui patri, n. 11 & 20. & Socin. n. 20. ff. in d. l. si filius heres, n. 16 & ibi Paulus n. 20. in repet. & dicitur pro vtraque parte Angel. de iur. iuris, quæst. in nu. quart. dicit per eam communem plures referens Menchaca. de success. creat. §. 21. nu. 83. ubi ipse cum aliquibus tenet contrariam opinionem, & nu. 88. dicit esse communem limitationem Bart. *ubi supra*, contrarium etiam tenet Paulus in d. l. si filius heres, n. 20. & 21. ff. in d. l. si filius heres, n. 16. licet Menchaca *ubi s̄*. dixerit, Paulum ibi tenere communem, nam imo tenet contra eam, & ita contra hanc communem & receptissimam sententiam obstant plures difficultates, ob quas prædictis Deoibus visa fuit contraria sententia verior. Prima difficultas est de text. expresse in l. 3. C. de iur. deli. in illis verbis, *Sine ex parte*, ut probatur, Quod nepos, qui tempore mortis aui erat in sua potestate, etiam si sit heres ex parte, & sic habeat coheredem, statim suus heres ei existit, & transmittit hereditatem iuris suitatis; Ecce ergo textum expresse contra communem: idem etiam probat textus noster, dum generaliter & indistincte probat, nepotem esse suum aui, qui tempore mortis ipsius aui primum locum habet in eius potestate: nec facit text. differentiam, an sit heres in totum, vel pro parte. Secundo, contra communem sententiam est text. expresse in l. 2. §. in fin. ff. de vscap. pro herede, textus in l. nihil, C. pro hered. per quem textum hæc est communis opinio, ut infra latius dicitur & de eius veritate agitur: quod ampliat text. in d. §. si etiam si filius habeat coheredem: Ergo datio heredis non sustulit iuitatem: nam alias posset filius vscapere, quod ibi negatur: Igitur, & c. Tertio, contra communem est text. bene inductus in l. pro herede, §. Papiam ff. de acquir. hered. ubi probatur, quod filius suus, habens coheredem & abstinens se iure prætorio, debet consequi idem, quod emancipatus qui repudiavit: Si ergo ibi filius suus, qui habebat coheredē, habuit necesse, ut à iure prætorio concedente filius suis beneficium abstentionis, ut in hoc text. in vers. Sed & huius permittit prætor, & in l. necessarius ff. de acquir. hered. non fuit sublata iuitas per extranei coheredis dationem:

Nā alias si sublata fuisset, ut quilibet extraneus posset absque iure prætorio repudiare; quia si non esset suus, non haberet necessitatem ut in hoc §. cum similibus: & ad idem sunt optimi textus qui eadem inductione constat, in l. filio quem pater §. in ordine, & l. nam nec emancipatus, §. ff. de legat. 1. ex quibus iuribus inquit Angelus de Perigliis audisse Paduā; in publica repetitione Raphael. Cuman. solitum esse dicere, quod ibi erat casus inuitabilis contra communem sententiam.

Neque omnino satisfaciunt duæ solutiones, quas illi text. assignat Ias. in d. l. filio, ff. de l. 1. nu. 23 & 24. Primo, quod ibi non apparet, coheredem fuisse extraneum; quia respondeo generaliter loqui text. illū, unde ita generaliter est intelligendus: Imo si de suo loqueretur, id expressisset Iureconsultus, cum non sit verisimile, omniū id, in quo tota substantia consistit. Secunda solutio Ias. est, quod per beneficiū prætoris tantum est sublata necessitas, non vero iuitas: unde merito, quod licet filius suus habeat coheredem, & sic sit sublata iuitas, egeat beneficio prætoris ad se abstinendum, quod tantum tollit necessitatem. Nam huic solutioni resp. quod si filius non si filius non haberet necessitatem: unde sublata iuitate, non remanet necessitas, & ita beneficio prætoris non esset opus: nisi dicamus quod iuitas daret, dato etiam coherede extraneo Tum præterea, quia Ias. dum tenet, per beneficium prætoris tolli tantum necessitatem, non vero iuitatem, est in singulari opinione contra omnes, ut ibi ipse dicit n. 20. ideo suspectus.

Sed & iunt alia iura quam plura, quæ contra communem inducuntur, quæ nunc omittam, relata enim à me s̄. expressiora sunt: unde videtur quidem, communem opinionem nō veram esse, neque probari. Nam eius fundamentis responderet Mench. *ubi s̄*. n. 83. qui tandem inquit, communem opinionem tantum distare à mente Iuriscursorum, quantum distat lucis occasus Solis ab ortu. Neque videtur obstare, tenendo opinionē contrariā, ratio communiter approbata, adducta pro communi, quod testator dando coheredem, videatur à prouisione legis recedere: argumento text. in l. si. C. de pact. conuent. quia ei resp. quod coheres magis videtur datus, ut interuentu plurium personarum magis testamentū confirmetur: unde nō debet tollere necessitatem & iuitatem filii, nam sic minus firmum testamentum redderetur; quod est contra iura vulg. probantia, quod inducta ad augmentum, non debent diminutionem operari.

Item t̄ secundo respondeo, quod regula d. l. si. 60 procedit, quando prouisio legis est fundata in iure speciali; secus si in iure communi, ut tenet gl. magna in l. 2. verb. repellere, vers. d. l. a lex, infra de pact. C. de iur. emphit. quia facilius pereunt ea, quæ sunt de iure speciali, quam quæ sunt de iure communi, l. eius militis, §. militia missus, ff. de re militari, & illam glossam sequitur plures referens Ias. ibi n. 143. & idem Ias. in l. 3. n. 1. ff. de legat. 1. dicit communem Socin. in l. si filius qui patri, n. 20. de vulg. & pup. sequitur etiam Bald. ponderans pro illa gl. text. ibi in l. si pupillus, §. item si procuratori, ff. de negot. gest. sed iuitas est fundata iure communi, quia conceditur omnibus, qui primum locum obtinent in patria potestate, per hunc text. & similes: Ergo non cessat per prouisionem hominis, præcipue quia iuitas, ut supra dictum est, inuentione est de iure gentium & naturali, approbatione vero de iure duodecim tabularum.

Non obstat etiam text. in d. §. idem Iulianus, in quo 61 communis opinio capitale fundamentū facit: nam illi text. septē intellectus assignat Corneus in l. 3. n. 11. C. de iur. deliber. alium ponit Paulus de Castr. in repet. d. l. si. 62

& si filius heres, n. 21. alium & nouissimum ponit Mēch. *ubi supra* n. 84. ad quem suppleo aduertatis, scil. quod ibi ideo requiritur aditio substitutorum pro validitate fideicommissi vniuersalis ab eis relicti: Nam sicut si ipse pupillus condidisset testamentum, dato quod posse, heredeq; rogaret restituere, tūc eo recusante, fideicommissarius vniuersalis eum compelleret ad restituere, ut per tot. tit. C. ff. ad Trebel. ita & ibi substituti pupillares, id est heredes impuberis rogati restituere, suspectam hereditatem dicentes, compelluntur per fideicommissarium. Nam posito, quod in illo text. absque aditione substitutorum testamentum patris, & substitutio pupillaris sint confirmata existentia iuitatis: tamen quid prodest valuisse, si heres pupilli repudiet, & sic fideicommissarius vniuersalis decipiatur: ut in l. ille à quo, §. si de testam. ff. ad Trebel. & in l. eam quam cum siml. C. de fideicom. quem intellectu iuuat, quia lex illa situatur sub titulo ad Trebellianā: & non est nouum, ut leges debeant intelligi secundū titulum, cui subsunt, iuxta l. Imperator, ff. de in diem ad. d. l. Neq; obstant verba text. in d. §. idem Iulianus, ibi: Hoc enim factio, confirmatio, patris tabulis: & ibi, Poterunt ex substitutione ambo cogi adire: Quibus verbis requiri videtur aditio substitutorum ad confirmationem testamentorum patris & filij. Nam respondetur hoc requiri, non ad hoc, vt substitutio pupillaris valeat tantū simpliciter: sed ad hoc, vt reuocabiliter habeat effectum testamentum patris, scilicet, vt fideicommissum vniuersale relictum in eo restituatur: & hic intellectus verus quidem videtur ad d. §. idem Iulianus, quo fit, ut opinio contraria communi verior quoque videatur, & sic quod per dationē coheredis extranei non tollatur iuitas. Quid tenendum? Ego semper solitus sum tenere & defendere communes opin. Doctorum, quia vt plurimum veriores sunt, ita & gratiorib. auctoribus approbatæ, præsertim cum in iudicando & consulendo non possimus cum bona conscientia, neque in iustitia ab eis discedere: & sæpe dū aliqui Doctores præcipue moderni, subtiliores effici volunt, tenent contra communem, vt ingenia sua ostendant, amici nouitatum magis, quam vt veritatem doceant: ideo cauendum est ab istis subtilibus qui à communib. opinionibus facile discedūt, & aduersus eas tenent, & fugiendū ab extorsionib. quas iuribus faciunt, vt in suas singulares opiniones ea condescendere faciant, somnia ex eis deducentes. Et sane si in aliquo casu licet tenere contra communem opinionem, hic est vnus præcipuus, in quo videtur manifeste decepta communis opinio, scilicet in hoc articulo supra proxime examinato, an per dationem coheredis extranei tollatur iuitas. Nam primo videmus contra prædictam communem opin. tot jura expressa, quib. vt aduersus eam probent violentia non fit: tum præterea vidimus destructam rationem communis opinionis: & text. in quo communis opin. fundatur, aliter intellectum, quinimo non probare communem opinionem: nam per ea, quæ supra dixi aduersus tenentes contra communes opin. non intēdo præiudicare bonis & grauib. viris, qui iustis & veris moti fundamentis & rationib. communes opiniones impugnant, vt puta testib. expressis, quos communis opinio ignorauit, aut si sciuit, eis non bene satisfecit, præcipue, cum aliquando videamus aliquas commune opin. d. errore scribentium secutas & approbatas, sequēdo vnum alterum, & sic deinceps non aduertentes ad rei veritatē, nec eam discutientes: quia, vt inquit Dec. conf. 499. n. 12. plerūq; D. nostri non perferunt rationes, & imitantur aues, quæ quando vna volat, alie eam sequuntur: & quod communis opinio attenditur, quando alia opinio contra communiem

fundata sit meliorib. rationibus: idem dictum de aui-bus volantib. ad præsens propositū refert & sequitur Burgos de Paz in proemio legum Taur. n. 250. ubi etiam adducit simile de ouibus, cum quo vna ouis tendit, illuc & ceteras ire conspiciamus: & consilium Decij *ubi supra*. refert etiam D. Molin. lib. 2. de Hispan. primog. c. 8. num. 33. sed non ideo passim tenendum est contra communes opin. sed rarissime idque iustissime, & in casibus à iure approbatis: Nam t̄ regula hæc: Quod standum est communi opinioni certas quasdam limitationes habet, unde posset esse iste vnus casus, in quo liceret tenere contra comunem, & certe in puncto iuris ita suspicor & opinor tenendum: sed in iudicando & consulendo non audeo consulere, vt discedamus à prædicta communi opinione.

Et tenendo hanc opinionem communem, eam limitari oportet respectu transmissionis, quia transmissio nō impeditur per dationem coheredis extranei, vt probat text. in d. l. 3. C. de iur. deli. quæ hoc modo potest intelligi, vt non faciat contra communem: Ibi enim fuit datus filio suo coheres, & nihilominus sit transmissio ex potentia iuitatis hereditatis non agnitæ: per quem text. hæc est communis opin. secundum Mench. *ubi supra* n. 87. ubi n. seqq. plures alias limitationes refert, resoluendo communes opiniones, sequitur etiam D. Ant. de Padilla in l. 2. nu. 6. C. de iur. & fact. ignor. & sic quoad ea, quæ sunt extra testamentum, vt est transmissio, iuitas non tollitur ex supra dicta communi opinione, & in specie testatur communem opinionem esse Paulus de Castr. in repet. d. l. si filius heres, n. 20.

Ex quo t̄ infertur planissime, quod cum quoad ea, 64 quæ sunt extra testamentum, vt est transmissio, iuitas non tollatur: text. in l. si. C. de repud. hered. de qua dudum mentionem fecimus: habebit etiam locum dato coherede extraneo: quam opinionem plures allegas sequitur & dicit communem Mench. *ubi supra* n. 99. ubi n. 10. dicit à fortiori procedere, tenendo suam opinionem, quod datione coheredis extranei non tollatur iuitas: & idem n. 180. & vtrouque refert Maynerium dicentem, contrariam esse communem opinionem, & eum reprobat: eandem etiam opinionem dicit communem & tenendam dominus meus *ubi supra* n. 5. ubi etiam refert Maynerium.

Prima ampliatio.

V his supradictis, pro introitu nostri text. & repetitionis procedo vterius ad declarationem ipsius per ampliaciones, in quibus tota & præcipua materia iuitatis declarabitur, nonnullaque inferentur ad practica conducibilia, quæ ex iuitate reduci possint ad praxin: & hunc ordinem elegi, vt materia hæc, quæ juris difficilior est, plana reddatur, annuente Deo. Cujus auxilium & fauorem ipse ante omnia & inuocaui, & nunc inuoco, vt semper sit in adiutorium meum, & c.

Primo igitur conclusio supra deducta ex nostro §. sui, 65 ampliatur in §. sui, infra de heredit. qua ab intestat. deser. ubi dicitur & probatur, quod sui heredes sunt etiam ignorantes, & statim à morte patris cōtinuarur in eos dominium, & ideo neq; tutoris siue curatoris auctoritate opus est ad acquisitionē, cū etiā eis ignorantib. acquiratur: Ex quo text. & confirmatur & ampliatur nostra conclusio, vt videmus: Nam text. hic in ver. sed sui, idem etiam de dominio probat: Nam inquit quod sui heredes dicuntur, quia domestici heredes sunt, & viuo quoq; parte quodammodo domini existimantur: idem probat text. capitalis in materia in l. in suis, ff. de liber. & posth. cujus verba sunt: In suis hereditibus euiden-

ius apparet, continuationem domini eo rem perducere, ut nulla videatur hereditas fuisse, quasi olim hi domini essent, qui etiam viuo patre quodammodo domini existimantur: Unde etiam filiusfamil. appellatur, sicut paterfam. sola notu hac adiecta per quam distinguitur genitor ab eo, qui genitus sit: itaque post mortem patris, non hereditatem percipere videtur sed magis liberam bonorum administrationem consequuntur hac ex causa licet non sint heredes instituti, domini tamen sunt: neque obstat, quod liceat eos exheredare, quos & occidere licebat.

Ecce igitur text. optimum, declarantem effectum summum iuratis, quam l. famosam & vtilē appellauit ibi Iaf. in primis verbis. Circa quē tex. & materiam bonorum iuratis in proposito, quod dominium bonorum paternorum mortuo patre quasi continuatur in filium, & eo viuo, filius dicatur quodammodo dominus, multa tractata sunt & inferenda, singularia profecto, & non minus quotidiana in practica & vilia, quā difficilia.

66 Primo ergo quaero: An sicut in suis continuatur dominium, ita & possessio continuatur, ut absque noua apprehensione illa acquiratur? hoc est in effectu quaerere: An l. cum heredes facti sumus, in princ. ff. de acquir. poss. quae dicit, quod nobis factis hereditas adita hereditate omnia ad nos transeunt, praequam possessio, quae naturaliter apprehendi debet, procedat in suo? Et videtur quidem minime in eo habere locum, quia sicut transit & continuatur dominium sine noua apprehensione per supradicta iura, ita & possessio. Secundum pro hac opinione est tex. expressus in l. 2. §. final. ff. pro hered. vbi probat text. quod filius ideo non potest donatam rem à patre vsucapere pro herede, secundum Iureconsultum Seuerinum, quia existimabat, naturalem possessionem penes eum fuisse viuo patre: & ita per illum text. hanc opinionem in terminis tenet gl. in d. l. in suis, ver. quodammodo, idem etiam tenet gl. in presenti in verb. existimantur, quam opinionem sequitur & defendit Mench. de success. creat. §. 21. n. 107. & n. 109. in fi. Vbi infert eleganter, quod datur filio remedium recuperandae, contra eum, qui medio tempore occupauerit ipsius patrimonium.

Sed contrariam opinionem, imo quod d. l. cum heredes, in princ. procedat etiam in suis, tenet gl. ibi verb. non pertinet, & ibi Bart. gl. etiam in l. cum miles, in princ. ff. ex quibus causis mai. in verb. quasi conuentum, & hanc secundam opinionem sequitur idem Bart. in d. l. in suis, num. 5. quam testatur communiter approbatam Mench. de success. creat. §. 19. num. 19. vbi alios refert & idem in §. 21. num. 107. & 109. vbi dicit esse etiam communem opinionem contra suam illationem nouiter factam, iam supra relatam, de remedio recuperandae: hanc etiam opinionem testatur esse communem Gregor. Lopez in l. 1. tit. 14. part. 6. gl. magna ad medium, dicit praeterea communem Bernard. Diaz de Lugo in regul. 56. incip. Possessio rerum hereditariarum, in 3. limitatione: est etiam communis opinio secundum Rodericum Suar. in l. 3. tit. de las herencias, lib. 3. fol. n. 12. & 13. fol. 447.

67 Neque obstat text. qui videbatur expressus pro prima opinione, in d. l. 2. §. si quia Barr. in d. l. in suis, n. 3. responderet fatendo, quod nouus titulus possessionis non videtur obuenire filio, ut in l. nihil pro herede, C. de vsucap. pro hered. & ita procedat text. in d. §. si noua tamen apprehensio bene est necessaria: qui intellectus est verus ad illum text. meo iudicio.

Potest & secundo modo responderi illi tex. ne probet primam opinionem, quod text. ille non loquatur in omnibus bonis patris, propterea nostra quaestio est, sed in quibusdam donatis à patre: Ergo non facit ad casum: Quem intellectum assignat Iaf. in d. l. in suis, n. 31. seq. Viglius in present. num. 4. qui n. 5. reprobatur supra di-

ctam primam opinionem: eundem etiam intellectum sequitur bene commendans Arias Pinel. in repet. Rubric. C. de bon. mar. 2. part. n. 40. in fi.

Item pro hac secunda opinione facit, quia in omnibus casibus, quibus transfertur dominium sine traditione: quorum plures enumerat gl. magistra in l. si ager, §. finali, ff. de rei vendic. quam ita appellat Iaf. in §. sed ista quidem, nu. 75. Infit. de actio. & gl. in l. traditionib. C. de pact. & ibi communiter Moderni: possessio tamen absque naturali apprehensione non transfertur, quia cum ipsa plurimum facti habeat, merito quod à nobis sine facto nostro auelli non possit: & hanc opinionem tenet gl. in l. si fratres, §. idem respondet socius, verbo, dominium, ff. pro socio, & est communis opinio, ut late resoluit Ant. Gom. 1. tom. cap. 2. nu. 3. & tenet etiam gl. in l. fin. verb. in rem, C. de sacros. Eccles. & gl. etiam loquens in Publiciana, in l. Celsus, gl. magna, paulo post medium ff. de vsucap. quam dicit ordinariam ibi Balb. in 2. part. n. 4. sequitur late Iaf. in d. §. sed ista quidem, n. 75. vbi Zasius nu. 13. dicit esse notabile: Ergo ita in in proposito dicendum est.

Sed inter has gl. contrarias & opiniones sibi inuicem repugnantes operæ pretium erit concordiam assignare, ne alterutras condemnemus, imo vnæqueque sint veræ & merito iure procedant si recte intelligantur. Et concordia talis est, quod gl. primo loco allegata loquantur in quasi possessione, non autem in vera possessione: & ista fuit mens & intentio gl. in d. l. in suis, quæ non dicit, ut possessio bonorum paternorum continuatur in filium, sed quod sicut filius viuo patre est quodammodo dominus: ut in illo text. cum similib. supra allegatis, ita etiam & quodammodo possidet. Et quod ista sit intentio gl. patet, quia gl. dicit, quod talis possessio consistit in nudo & puro intellectu, & sic non in actu possidendi, & ita est magis imaginaria, quam vera possessio hæc: & eundem intellectum habet alia gl. in presenti, quæ dicit: Item possessionem viuo patre habere videtur filius: Ergo non habet vere. At vero gl. secundo loco allegata loquuntur & procedunt in vera possessione, quæ minime transfertur sine naturali apprehensione: iuxta tex. in l. cum heredes, ibi, Nisi naturaliter apprehensa ad nos non pertinet.

Et naturaliter fin proposito intelligitur hoc modo, 78 ut licet in iure sint plures modi, per quos possessio acquiritur siue sine naturali apprehensione, ut in l. quod meo, in princ. ff. de acquir. poss. & in l. 1. C. de donat. & in l. clauibus, ff. de contrahenda emptione, cum alijs pluribus, l. 7. & 8. & 9. in fin. tit. 10. part. 3. quorum iurium materiam latissime tractat Ant. Gomez. in l. 45. Tauri, per plures numeros & columnas: tamen in acquirenda hac possessione requiritur naturalis actus apprehensionis, illique facti non sufficiunt: ita in terminis verba illa intellexit Ant. Gomez. in d. l. leg. 45. Tauri, num. 54. ad finem, & ita hæc est verissima concordia, & sine violentia ad illas gl. quæ quidem non sunt contrariæ: & reperio eam tenuisse ipsamet Bart. in d. l. 2. §. fin. ante num. 1. & sequitur alios plures allegans Iaf. in d. l. in suis, num. 21. vnde non cum iudicio Bart. in d. l. leg. in suis, num. 5. reprobauit gloss. ibi.

Solum restat scire: Quid operetur ista quasi possessio? Ad hoc respondeo: Scitis enim in iuribus incorporalibus non dari veram, sed factam quasi possessionem: argumento text. in l. seruis, §. incorporales, ff. de acquir. rer. domin. & tenet expresse gl. in l. ait prator, §. is autem, verbo, quasi, ibi, Et nota, ff. ex quibus causis mai. pro qua gloss. est text. expressus in illo §. ibi, Vel vsusfructus quasi possessionem, quem text. ad hoc allegauit Iaf. in l. 1. in princ. numer. 30. ff. de acquir. poss. & text. ille est celebrior ad hoc, quam sit in iure, secundum Rip. in Rubric.

bric. de causis poss. & propriet. nu. 21. & est gl. similis in l. heredes mei, §. fin. per textum ibi ff. de seruit. urban. prad. gl. etiam in l. 1. in gl. 1. versic. & quod dicit, possidet, C. de seru. & aq. glo. etiam, ita intelligendo text. ibi, in l. 1. §. item si quis, C. de his, qui potent. nom. & est cõis opin. secun. Rip. in d. l. 1. in pr. nu. 31. ff. de acq. poss. Modo proderit hæc quasi possessio, ut si qua sint iura incorporalia in hereditate patris, ut puta seruitutes, & alia similia, eorū quasi possessio censetur translata sine alio actu & vsu. Et hæc est noua consideratio, ideo eam non firmo, cogiteris super ea. Sed post huius operis primam editionem, reperi hanc opinionem in terminis tenentem ex dict. Bald. in repet. d. l. in princ. ff. de li. & posth. & Federic. de Senis conf. 102. in ultimo diu. doctissimum Cæarem Lambertin. in tract. de iur. patron. in 2. libro, artic. 22. 3. questio, prima patris, n. 4. & §. fol. 28. vbi dicit, quasi possessionem iurium incorporalium transire in successores heredes, absque quo ipsi successores exercent actum, per quem inducitur quasi possessio: & quod dicta auctoritas Bal. cum dict. consil. Federic. prebuerunt sibi maximum honorem Neapoli in Sacro Consilio, in quadam causa, vbi hæc allegauit, & secundum hoc pronuntiatum fuit, & numeris precedentibus dict. articuli, idem resoluit in quasi possessione presentandi patris seu antecessoris, ut dicatur possessio filii, seu heredis successoris, quando dicta quasi possessio in antecessore sortita fuit effectū ex institutione ab ea sequuta, quod est notabile in practica, & iam ita vidi obseruari non femel. Adde Ocalor. de nobil. 3. part. c. 6. n. 8. vbi probat, quod in iuribus incorporalibus ex titulo, & sola quasi possessione & vsu antecessorum, sine vsu & possessione heredis cõpetet interdictum retinendæ, & suppletur defectus possessionis. Et cum his quiescit animus in hoc articulo de possessione, in quo tanta varietas reperitur. In Francia autem & dominiis dicto Regno suppositis, & in pluribus Italiae partibus est consuetudo, quod defuncti possessio absque apprehensione aliqua transeat nendum in filium, verum etiam in extraneos heredes, ut cum Ioan. Fabro in §. si 7 hoc tit. & alijs Doct. tradit Celsus conf. 81. n. 3. vbi refert ex Bald. in l. si. C. de mar. v. in d. l. quod in hoc casu mortuus dicitur aperire viuentis oculos sine aliquo etiam facto. Sed hoc ridiculum & contra ius reputo.

72 Hodie tamem per quandam legem Regiam singularem, de Soria nuncupatam, filius post mortē patris efficitur possessor bonorum eius, saltem quoad effectum, ut remedium possessorium ei competat, & est l. 3. tit. 13. li. 4. ordin. Nou. Recopil. Reg. per quam ita tenet Rod. Suar. vbi 3. & numeris sequent. qui est omnino videndus. Ad quem est aduertendum, dum tenet verba illius l. sonare, quod occupans possessionem rerum vacarum, teneatur eam restituere dicto filio heredi: Nam lex hoc non dicit, sed simpliciter, & talis occupas teneatur restituere bona, & non dicit cui, imo constat contrarium ex l. illa, dum postea inferius dicit, iudicem illius loci comperta veritate summarie dehere in possessionem illorum bonorum prædictum filium: & illud primum aduertit Addicior. Roder. Suar. vbi 3. licet non hoc secundum aduertat.

73 Ex quo inferitur, quod hodie de iure istius Regni per illam l. 3. tit. 13. li. 4. ord. noui, non solum filio, sed etiam alteri successori ab intestato competat remedium exsequitium illius l. pro adipiscenda possessione bonorum hereditariarum, sicut de iure communi competat præd. remediū hereditibus scriptis in testamento perfecto, non rupto, neque cancellato, ut in l. si. C. de edict. diu. Adrian. coll. & in l. 2. tit. 14. p. 6. quod iure communi non erat dispositum neq; prouisum. Nam remedium d. l. fin. & legis Partite, quæ cum d. l. fin. confo-

nat, tantum habet locum condito testamento, non vero ab intestato, ut teneatur communem opinionem esse Alexan. in d. l. si. & eum & alios referens Greg. Lop. in d. l. 2. in gl. 1. in versic. an autem istud remedium detur venientibus ab intestato, & c. vbi refert Bald. dicentem, quod competit tunc officium iudicis filio, ut ponatur in possessione vacante; Quia si filius est: Ergo heres: vnde idem operatur existentia sui heredis, quod operantur tabulæ testamenti, quod certe notatu dignum est, ut inquit Bald. per eum ibi relatus, & magni momenti in nostra materia iuratis. Et q̄ remedium d. l. si. C. de edict. Diu. Adrian. tollen. non competat venientibus ab intestato, testatur communem opinionem Roland. à Valle conf. 1. n. 5. in 1. p. consiliorum, vbi n. 7. agit, an filius ex officio iudicis possit tunc immitti in possessionem, & sequitur opinionem Bald. & lupradict. ut filio suo competat tantum officium iudicis ab intestato, ut mittatur in possessionem, non vero extraneo, & quod remedium exsequitium d. l. si. non competat heredi ab intestato succedenti, testatur communem plurimos referens post hæc scripta in lucem edita doctiss. Iacobus Menoch. in d. l. si. quasi, §. n. 64. & sequentibus, C. de edict. Diu. Adrian. tollen. vbi in 10. quest. n. 75. & sequentibus, agit de illo dicto Bald. an filio succedenti patri ab intestato concedatur remedium d. l. si. & late discutit & tenet contra Bald. cum Curt. & Sapia, quos refert. Hodie vero per d. l. Regiam de Soria. ad ius commune id redactum est, ut scilicet venientibus ab intestato competat remedium illius l. quod est summarium & exsequitium, ut mittantur in possessionem rerum hereditariarum, & eam adipiscantur, quod non solum in suis locum habet, prout Bald. & ceteri de iure communi in officio iudicis existimabant, sed etiam in quibuscunq; venientibus ab intestato propinquis, qui ius habeant succedendi in bonis defuncti, ut probat d. l. Regia in sui principio, nam dicit: Si alguno finare y dexare brios legitimos, o nietos, o dende a yuso, o otros parientes propinquos que ay an derecho de heredar sus bienes por testamento y ab intestato.

Et postea in alio versiculo eiusdem l. ibi: Y que las sucesorias do esto acasfiere, que luego informados de la verdad, poga en la possessio pacifica de los dichos bienes despues de la muerte del defunto a los dichos sus herederos. procediendo en todo summarariamente, sin figura de suyo, & c. Ex qua lege non solum datur prædict. remediū venientibus ab intestato, sed etiam hereditibus scriptis in testamento, ut probat l. ibi. Por testamento, o ab intestato: Itaque approbat in hoc, quod dicit de testamento d. l. si. & d. lex partite, in eo vero, quod dicit de venientibus ab intestato, non erat dispositum sic de iure communi, imo contrarium dispositum, ut supra visum est, præterquam de iudicis officio suis tantum competentem propter existentiam iuratis, quæ idem operatur in proposito, quod testamentum iuxta doctrinam celebrem Bald. 3. relatum, & sequacium, non vero aliis, quam suis competebar dictum officium iudicis; hodie vero omnibus generaliter venientibus ab intestato cõpetit præd. remedium possessorium per d. l. de Soria, & hæc omnia dicta & tradita per Doctores in d. l. fin. & alibi sæpissime circa intellectum & materiam dict. l. si. quæ ex testamento loquitur, habebunt etiam locum ab intestato, & in casu dict. l. de Soria, quæ l. de Soria quotidie fecit practitari Rod. Suarez. ut ipse dicit vbi 3. in d. l. 3. tit. de las herencias, li. 3. for. n. 12. fol. 447. & non dubium, quin sit practicanda, quia est l. Regia, & ordinamenti Regalis, ut in legat. 1. Tauri. Etiam ego tanquam aduocatus deduxi remedium illius l. in practica, petens meam partem, tanquam heredem ab intestato proximiorē, mitti in possessionem bonorū defuncti summarie, & executiue per d. l. Soria, & per alios